



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Venantio martyre. Cap[itulum]. xij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse maij occurrētibus *So. cxvii.*

de oratione torpetis templū cum omnibus syderū figuris et eius edificijs ab angelo subuersum est: et idoli diane in puluere redacti. Propter quod iussu siluini iuxta mare vbi flumē arni in equo: decidit: sanctus martyr educit: et ibidem capite truncat tertio kalē. maij. Lulus corpus in nauicula cariosa cū cane et gallo in mare exportat: ut vel a bestijs roderet: vel in mare mergeret. Angelo tamē duce nauicula ad hispaniā deuenit. Et a senatrice xpiana celerina noie q̄ regni dimidiū obrinebat in fontis diuinitus admonita corpus sancti reperitur in portu qui dicitur sinos: et iuxta litus honorifice sepelitur decimo sexto kalē. iunij: vbi postmodū ecclesia de super suo noi fabricatur. Et festum eius die ipsius depositi onis ibidem celebratur.

De translatione sancti Syri episcopi. Cap. ix.

Translatio corporis

Sancti Syri ep̄i papiensis ab incolis eiusdē ciuitatis decimo sexto kalendas iunij celebrat. Lulus corpori dñs tantam gratiā contulit: ut etiam ipsius contractu mortuum suscitaret. Lectis visum: surdis auditum: claudis gressum preberet: multosq; languentes a diuersis infirmitatibus sanos efficeret et obsessos a demonijs liberaret.

De sancto Sophonia propheta. Cap. x.



Sophonia

Sanctus propheta filius chusi: filij godolie: filij amasie: filij ezechie: ut ex textu ipsius propheticū liquet in diebus ioseph filij amon regis iuda prebatur: in duabus vicibus tribus israel. Nam em̄ decem tribus in assyrios translate fuerant.

Dirigitur autem eius propheta contra nationes in lectione comprehensas. Prenuncians eis futurum iudicium. Populo suo israel salutem et ciuitati hierusalem restorationem tunc temporis tribuēdā prout textu lectionis denūciat. Et em̄ hieremias et alij multi prophete exciditū hierusalē et populi captiuitatem futurā predictissent. Hic solus in consolatione populi sui: ne ex hoc nationes cōtra dei populū animosius insultarent: non solus gentibus iudicium cōminat: sed etiā plebi sue reuocationem et hierusalē reedificatōne predicat. Hieremie em̄ contemporaneus fuit. Et quasi secum eodē tpe prophetauit. Hierusalē tamē nec destructionem nec populi sui in babylonem translationē asperit. Nam ante illa tempora in diebus vicibus iochim filij ioseph regis iude cū patribus suis in pace dormiuit. Et sepultus est in hierusalē decimo quinto kalendas iunij. Dec hieronymus

et iosephus: et ex hystoria scholastica. Hic sanctus propheta et numero est illorum. xij. qui minores dicuntur. et Ecclesiastici. xlix. in sanctorum patrum catalogo conscribuntur.

De sancto Dioscuro martyre. Cap. xi.



Dioscuro lector et

martyr apud egyptū passus est. In quem presens detentū multa et varia tormēta exercuit: ita ut vnguibus carnes eius effoderet et lapidibus eius latera insā maret. Sed celestis luminis fulgore perterriti ceciderūt mistri. Nouissime laminis ardentibus adustus martyriū cōsumauit. xv. kalē. iunij. Hec hieronymus in martylogio suo.

De sancto Venantio martyre. Cap. xii.



Venantius martyr

In ciuitate camerina passus est tēpore decij cesaris. Qui a preside tētus cum christū dominus confiterent: primo quidem fustibus cesus: deinde in carcere missus: ab angelo cōfortatus est. Inde eductus leonibus exponit: sed ipsi eius pedibus percumbentes mansuetissimi reddunt. Deinde pedibus appesus verso deorsum capite facule ardetes ei vertici supponunt. Et cū hoc etiā genus supplicij tolerasset manibus et pedibus extēditur: et ignis ei vētre solūmodo accendit: et sic medijs partibus diutius incensus affligit. Nouissime cū oia supasser: gladio caput eius preceiditur. Corpusq; ipsius in eadē ciuitate a fidelibus tumulatur. xv. kalen. iunij.

De sancto Felice episcopo et martyre. Cap. xiii.



Felix episcopus apud

spaleteñ. urbem sub maximsano imperatore passus est. Qui cū xp̄s dominū predicaret a iudice comprehensus post plurima supplicia gladio cedere martyriū palmā adeptus est xv. kalen. iunij. Hec adeo in martylogio.

De sancto Pudente discipulo et confessore. Cap. xiiii.



Pudens confessor ci

uis romanorum nobilis filius puniti illustris et priscille fuit: et maritus sabinelle: ex qua duas filias procreauit: scilicet potentianam et praedem. Quas utpote christianissimas non solus per manus pastoris presbyteri baptizari fecit: sed etiā in lege diuina plenius erudit: et ad obseruantiam virginitatis induxit. Hic enim a beato paulo apostolo doctus fuit: qui doctum suū in ecclesijs edificauit: qua et per mas